

in morte christi fuit amicorum desolacio. Quis enim discipuli timore
mortis a christo fugiendo recesserunt. tamen maxime turbati fue-
runt de morte eius. O quanta turbacio inerat discipulis cum sciret
illum mortuuz a quo multa bona audierunt. miracula plurima vi-
derant. consolaciones multas habuerant. nec mirū si serui tristaban-
tur de morte domini. discipuli de morte magistri. amici de morte tā-
ti amici. Unde duob⁹ discipulis cunctib⁹ in emaus dicitur **Lu. 24.**
Qui sunt hi sermōes quos confertis ad inuicem ambulantes. et estis
tristes. et respondit vn⁹ cui nomen cleophas dixit. tu sol⁹ pegrin⁹
es in iherusalē et non cognouisti que facta sunt in illa his dieb⁹. **Se-**
quitur de iesu nazareno quomodo tradi. eum summi sacerdotes et pri-
cipes nostri in dam. mortis. hic patz qualiter amici de morte chri-
sti desolati fuerunt. sic enī xp̄s p̄dixerat aplis **Jo. xvi.** et nūc dico vob⁹
quod ploza. et flebi. vos mund⁹ autē gaude. vos autē contrista. h̄ tristi-
cia vestra vertet in gaudium. **Hoc impletū est post resurrectōez qñ**
christo apparēte gauisū sunt discipuli viso domino De desolacōe ma-
tris satis habes in sermōe **Audite obsecro vniuersi populi.** Det no-
bis xp̄s merito sue mortis et precibus sue matris vt penas quas p̄
nobis sustinuit iugiter hic in corde habeam⁹ vt in celo secum eter-
naliter gaudeam⁹ qui est benedict⁹ in secula. Amen.

Item alius sermo de passiōe dñi
Sicut ouis ad occisiōē ducetur et quasi agnus coram ton-
dente se obmutescit et non aperiet os suum. **ysa. liij.** In his
verbis circa passiōē christi duo tāguntur **Primū est ma-**
gnitudo passionis. Secundum est patientis christi mansuetudo.
Primum excitat affectum ad compaciendum. **Tren. p.** O vos om-
nes qui transitis. **Secundum** dat exemplum ad imitandū. **p. Pet.**
secundo. Xp̄us passus est p̄ nobis vobis relinquēs exēplum vt seq̄-
rāmini vestigia eius. **Primū** tangitur cum dicitur. **Sicut** ouis ad oc-
cisiōē. **Ecce** magnitudo passionis. **Secundū** ibi. **Et** quasi agnus
corā. **Ecce** mānsuetudo. **Nota** qd christus cōpatur agno p̄pter
quor. p̄pter matris noticiā. p̄pter ei⁹ innocenciā. p̄pter paciā. p̄pter
immolacōis efficaciam. **Primo** dico qd xp̄s opatur agno p̄pter
m̄ris noticiā. agn⁹ enim dicitur ab agnoscēdo qd matrē p̄ balatuz
agnoscit. sic xp̄s in cruce matrē p̄ fletū et ploratū agnouit **Apoē. xi**
ij. **Vidi** et ecce agnus stabat sup̄ mōtem syon. agn⁹ iste est chris⁹

Mons syon ē crux agnuz in monte stare est xpm in cruce pendere.
De hoc monte xps matrē specularatur et agnouit. ideo dicit syon
 quasi mulierem. **Syon** quippe interpretat̃ specularō **Jo. xix.** Cū vi
 disset iesus m̃rē et discipu. stan. quē vili. dicit matri sue. **mulier** ec
 ce filius tu⁹. Et illud fm̃ vnum intellectuz pōt hoc mō exponi vt de
 mōstratio sit de ipso. q̃m diceret. **Mulier** ecce ego filius tu⁹. **Mulier**
 dicit̃ quasi mollis aer. **mulierē** appellat qz eam mollē ad flendū et
 dolorem asperit. **mulierē** appellat qz de ea mollem carnē in q̃ tunc
 acerbissime torq̃batur assumpsit. **Mulier** inquit. **Ecce fili⁹** tu⁹. q̃m
 diceret. cū opa diuina facerē cum aquā in vinum ouerterē te m̃rē
 quasi alienā videbar repellere dicēs. **quid mihi et tibi mulier non**
dum venit hora m. qz potēciam faciēdi miracula a te nō habui nē
 in cruce pendēs et penas sustinēs. qz hoc a te habeo. te matrem cog
 nosco. **Ecce** inquit filius tuus. **ac** si diceret **Pater** celestis potēciam
 s̃trahēs et me morti exponēs videt̃ me dereliq̃sse. ideo cōpellor ad
 eum clamare. **p̃s.** **Deus** me⁹ vt quid me dereliquisti. **Tu** mihi ma
 ter assistis. tu mecū fles. tu mihi opateris et in hoc matrē te osten
 dis. ideo te de monte crucis inspicio et agnosco. **O deus** eterne da
 capiti meo aquā et oculis meis fontem lacrimarū vt defleam dolo
 rem quē virgo mater beata habuit cum audiuit vnigenitū et dile
 ctum filiū suum voce rauca et flebili dicētem. **Mulier** ecce fili⁹ tuus
Sic ergo xps dicit̃ agnus stans in monte syon. i. in cruce matrem
 agnosceus. **Nota** qz crux opatur monti qz instar montis a terra
 exaltabatur et laboriose ad eam ascēdebat. pluuia salutaris ad val
 lem eccle irrigādā diffundebat. **Primo** dico qz a terra exalta
 bat. **Jo. xij.** **Ego** si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipsū
 inquit ab amorē ad amorē meū. **Per** crucē enī homo mūdū otem
 nit et xpo adheret **Gal. vi.** **Mihi** autē absit gloziari nisi in cruce do
 mini no. iesu xpi p quē mihi mūd⁹ crucifix⁹ est et ego mūd⁹. et ego
 inquit si exaltatus fuero a terra. **ic̃.** **Hoc** utiqz factū est in cruce qz
 iudi exaltauerūt ad maiore xpi contumeliā vt omnes viderēt eum
 in cruce pendentem et deriderent. **p̃s.** **Omnes** videntes me derise
 runt me. **ic̃.** **Verū** tamen nobis exaltata est hūliter vt p fidē xpm
 aspiciētes sanemur. istud pfiguratū est. **Nūc. xxi.** **Ubi** cū ppl̃s lede
 ret a serpentib⁹ venenosis dicit dñs ad moysen. **Fac** tibi serpētem
 encum et pone eum pro signo qui percussus fuerit et aspexerit eum

viuet. **p** serpentē encum qui habz figuram serpentis ⁊ caret venēo
accipitur christus qui fuit similis serpenti quātum ad prudenciam
sed veneno malicie caruit. **O** christiane si in deserto hui⁹ mūdī les⁹
es a venenoso serpente id ē diabolō **R**espice hodie p fidem ⁊ deuoti
onem encum serpentē id ē xp̄m ⁊ sanaberis. **(Secundo dico qd ad**
caucem instar montis laboriose ascendit. Cogita qd laboriose xp̄s
ascendit crucem in qua mortem sustinuit. Illud prefiguratur est. ij.
Regū. xv. vbi dicit qd dauid ascendit cliuū oliuarū scandens et
flens opto capite ⁊ nudis pedib⁹ incedens. Per dauid qui dicit ma
nu fortis accipitur xp̄s qui fortem diabolū sicut dauid goliath pro
strauit. Iste ascendit cliuū oliuarum id est crucem cuius vna pars
superior fuit de oliua. audi qd laboriose ascendit. scandens inquit et
flens. Tantum enim fleuit in cruce qd poterat illud dicere. Caliga
uerunt oculi mei a fletu in eo. Et ascendit ex opto capite cum coro
na spinea ⁊ nudis pedibus imo nudus toto corpore. O christiane
cogita ista ⁊ non sit tibi graue si hodie pro peccatis fleas ⁊ nudis
pedibus incedas. quia christus hodie in cruce fleuit ⁊ natus pepē
dit. Tercio de cruce sic de monte pluuiā salutaris ad valles eccle
sie irrigandam diffundebatur. Psalmista. Pluuiam voluntariam
segregabis deus hereditati tue ⁊ infirma. est tu vero perfecisti eam
hec pluuiā est sanguis christi qui hodie de corpore suo fluxit. scir
de hodie cor tuum per contritiōem. aperi per deuocōez. emollescat
per compassionem vt recipere valeas hanc pluuiā salutarē. Sed
heu quidā habent cor durū ad instar filicis qd nec scindi pōt per
contritiōem nec mollescere ad xp̄i passionē. nec attēcūt pphetā vi
centem. hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda v̄ra
Ilam inquā vocem lacrimabilē audite obsecro vniuer si po. ⁊ vide
do. me. Et sic patz p̄mū principale. Secundo dico qd comparat
agno ppter eius innocenciā. i. Petri. i. Non corruptilib⁹ auroz
argen. redē. estis de vana v̄ra ouersacione s̄ p̄ctoso sanguine qd ag
ni immaculati ⁊ incō. iesu xp̄i. Vere incōtaminat⁹ ⁊ immaculatus
qz deū nunq̄ offendit. primo nunq̄ nocuit. decebat ei s̄m aplūm
hebre. vij. vt essz innocēs scūs impollut⁹ segregat⁹ a p̄dub⁹. de
buit utiqz esse innocēs qui p sanguinē suū debuit reddere innocēti
am ideo pur⁹ homo satisfacē nō potuit. Oēs peccauerūt ⁊ egēt gra
cia dei. Rō. iij. Christus autem innocēs fuit ⁊ sine omni peccato id

scire q̄ innocens fuit. accipe testimoniū ab inimicis suis. Audi iu-
dam traditorē suū dicentē. Peccaui tra. sanguini. iust. Audi vxorē
pilati. nihil tibi et iusto illi. Audi ip̄m pilatū. ego inq̄t nullā causā
inuenio in homine isto. Vide q̄ innocēs agnus cui inimici crudelis-
simi testimoniū innocēcie phibent. idō pilatus volebat eū dimitte-
re. Sed legis p̄uaricatores legē non attēdētes clamabāt dicētes.
Tolle hunc et dimitte nobis barrabā qui p̄pter sedicōem et homici-
diū missus fuerat in carcerē. O iudei hostes dei quid facitis. homi-
nis occisorem soluitis et hominis occisorē occiditis. Iheu q̄ puerse
agitis. lup⁹ absoluitur. agn⁹ occiditur. barrabas dimittit⁹ et xp̄s
occidit. Hau quid agit. innocēs xp̄s occidit ab iniustis cū iniustis
Sap. h. Dixerūt impij circūueniam⁹ iustū qm̄ inutilis et otiosi⁹ ē
nobis et opibus nostris. Et seq̄tur Morte turpissima odemnemus
eū. Sic amaritudo opponitur dulcedini. frig⁹ calori. tenebre luci.
Sic iust⁹ iusto vt cayn abel esau iacob saul dauid iudas et iudei cri-
sto. Secundo occidit cum iniustis latronib⁹ quoz vn⁹ agēs pēi-
tēciā iustificat⁹ ē. Ille qui nunq̄ p̄cā fecit imo q̄ p̄cōres iustificat
inter p̄cōres suspendit⁹ achi esset p̄cōr. idō clamauerūt ad pilatū
iudei Johā. xviij. Si non esset hic malefactor nō tradidissē⁹ eū
tibi. Perpēde xp̄i paciēciam qui ad hec verba nihil r̄ndit nec iud-
os obiurgādo nec se excusando. Tercio occidit p̄ iniustis p̄. Pe-
tri. 3. Semel p̄ p̄cīs nostris mortu⁹ ē iust⁹ p̄ iniustis vt nos offer-
ret deo mortificatos quidē carne viuificatos autē sp̄s in hoc appa-
ret magna mīa xp̄i Bern. Nō est iusticia q̄ innocēs p̄ impio mori-
tur s̄ mīa si enī esset impi⁹ iam nō ex grā s̄ ex debito moreret⁹. idō d̄z
Eph. h. p̄pter nimīā caritatē qua dilexit nos de⁹ cum essem⁹ mor-
tui p̄cō cōiūificauit nos xp̄s cui⁹ grā saluati sum⁹. O ineffabilis
dilectio caritatis vt seruū redimeres filium tradidisti. Sic patet
secundum principale. Tercio comparatur agno propter eius pa-
ciēciam Iheremie. xi. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur
ad victimam et non cognoui id est non ostendi me cognoscere. q̄a
cogitauerūt sup me consilia. Vis scire q̄ paciēns fuerit considera
quā patienter iniurias illatas sustinuit. Interdum cum accusare-
tur omnino tacuit. Marthei vicefimoseptimo. Cum accusaretur a
principibus sacerdotum et senioribus populi nihil respōdit nec ex-
cusauit. Quis adeo paciēs est qui si dicat malefactor et re⁹ mortis

es nihil respondeat nec se excuset. **Hebreor. xij.** Recogitate cum qui
talē sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum tradidōez vt
non fatigemini aīo deficiētes. **Interdū** hō modestē rñdit **Jo. xviij.**
cum quidā daret ei alapaz respondit ei sic **Si** male locutus sum te
stimoniu phibe de malo. **Si** autē bene quid me cedis. **In** hoc dedit
tibi exēplū xps si dicant tibi vba otūcliosa qd ppter eius amorē ta
ceas vel patienter respondeas **Bernb.** vtrūq; factus es mihi domi
ne ⁊ speculum paciēdi et precium patientis. sic patz tertium princi
pale. **Quarto** compatur agno ppter immolacionis efficacīā siue
efficienciā. **Istud** figuratū est **Ero. xij.** vbi dicit de agno paschali.
Immolabit eum multitudo filiorum israhel ad vesperā ⁊ sument
de sanguine eius ac ponēt sup vtrūq; postem ⁊ et superliminarib⁹
domus ⁊ sequitur. **Erit** autē vobis sanguis in signum ⁊ videbo sā
guinē ⁊ transibo p vos nec erit in vobis plaga dispōens cum per
cussēro terrā egipti. **Per** agnum illum immolatus accipit xpus in
cruce immolat⁹ qui luit plagaz eterne mortis. qz egipch id est pec
catores pueniuntur in die nouissimo. qui autē volunt euadere dñt
sanguinē hui⁹ sup vtrūq; postē ponere. i. cordi ⁊ ozi impmcre. vt
corde iugiter de passione cogitēt **Tren. iij.** **Reco**rdas paupertatis ⁊
transgressionis mee absinthij ⁊ fellis. ⁊ sequitur. **Memoria** memor
ero. i. nunq; obliuiscar **Et** ore de passiōe xpi loqnt. **Lu. xxiij.** **Ipsi**
loquebant ad inuicē de his que acciderāt. **debz** etiā ponere in sup
liminarib⁹ domus. i. in intellectu ⁊ in affectu **In** intellectu vt credat
xpm passum **In** affectu vt ex passione xpi afficiatur ad eum per de
uociōem. **Quidā** habent passionē in corde quia sepe de ea cogitant
quidam etiā in ore qz de ea libenter loquuntur **Quidā** habent in in
tellectu qz credunt passionē christi s qz non habent in affectu. quia
non accipiunt de ea deuocōnem parum pdest eis. **felices** illi q por
tant in corde ⁊ ore ⁊ intellectu. sicut illi qui de ea cogitāt ⁊ loquun
tur ⁊ fidem habent ⁊ insup de ea affectum cōcipientes deuocōem
⁊ amorē. **tal**is fuit sanctus **Bernb.** qui dixit **Sup** omnia tradit te
mibi amabilē bone ihu calix quē bibisti opus redempcōnis nostre
Hoc enī facile amorem nostrum vendicat. totū tibi hoc est qd deu
ocōem nostrā etiam blandius allicit ⁊ iustius erigit ⁊ arcius strigit
⁊ vehemencius afficit. **Hunc** amorem in nobis excitet qui pro no
bis passus est. **Amen.** **Itē De passione dñi alia simo.**